

16

DISSERTATIO ACADEMICA,
DE
PLAGIS ÆGYP TIACIS
Exod. VII.-XII.
cujus
PARTEM SEPTIMAM & ULTIMAM,
DE
JOVA ÆGYPTUM OBEUNTE & OMNIA
PRIMOGENITA OCCIDENTE,
CONS. AMPL. FACULT. PHILOS. ABOËNS.
PRÆSIDE
Mag. JOHANNE BONSDORFF,
Lingg. Orientt. & Gr. Prof. Ord.
PRO GRADU;
PUBLICO EXAMINI MODESTE OFFERT

JOHANNES JACOBUS RAJALIN,
Ostrobothnienſis.

In Auditorio Medico die XXX. Junii MDCCCX.
H. a. m. s.

ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.

ЛОСИЯ СОДА ОПЛАТЯЕШИ

СИДАЛІТУ ВІДВІДАЮЩІ

ДЛЯ-ІХІ ДЛЯ

СІДА

СІДАЛІТУ ВІДВІДАЮЩІ

СІДАЛІТУ ВІДВІДАЮЩІ КІДА

ДЛЯ-ІХІ ДЛЯ

СІДАЛІТУ ВІДВІДАЮЩІ СІДА

СІДАЛІТУ

СІДАЛІТУ ВІДВІДАЮЩІ СІДА

СІДАЛІТУ

СІДАЛІТУ ВІДВІДАЮЩІ СІДА

СІДАЛІТУ ВІДВІДАЮЩІ СІДА

СІДАЛІТУ

СІДАЛІТУ ВІДВІДАЮЩІ СІДА

СІДАЛІТУ

СІДАЛІТУ ВІДВІДАЮЩІ СІДА



§. VII.

Sed non satis erat, ut plagis hactenus commemo-
ratis affligerentur Ægyptii: gravius adhuc, ipso
Jova Ægyptum media nocte, secundum textum sa-
crum *Exod. XI. XII.*, obeunte & omnia primoge-
nita occidente, malum invasit. Re autem ipsa, non
nisi pestem, vulgare illud Ægypti flagellum, nefanda
sævitia coortam repræsentari, de eo quidem fumus
persuasissimi (a). Præterquam enim quod notissi-
mum sit, Scriptores Sacros, ex antiquorum, Orien-
talium

A

a) Auctor Libri: *Die Wunder des A. u. N. T. in ihrer wahren Gestalt p. 50 seqq.*, decantstam primogenitorum cædem ab ipsis Israëlitis factam suisce, temere admodum conjicit; & tamen, conjectura bacce, eleganti sibi visa, proposita, adjicere non veretur: "Suche einen bessern, pas-
sendern Aufschluss zu geben, wer es vermag"!

talium præcipue populorum, nostris quoque temporibus adamata & multis accepta, theosophia, pestem & complures alios, graviores in primis, morbos, ad Deum immediate punientem referre (b); verique nobis videatur simillimum, non modo *sacrificiale*, quod Moses imminentे plaga Israëlitis apparandum injunxerat, *convivium s. Pascha*, superstitioso pestis avertendæ consilio, *primitus institutum fuisse (c)*, verum etiam

- b) Immo *Angelo*, manum suam peste ingruente extendenti, cessante vero remittenti, velut causæ efficienti, pestem attribuisse Judæos, ex *H. Sam.* XXIV. 15, 16. coll. *I. Chron.* XXI. 15. patet: unde nec mirum, LXX. Interpretes, eadem dæmonologia & philosophandi tenore fascinatos, vocabulum ἄγρωπον, quo *morbus perniciosus s. pestis*. *Exod.* XII. 23., sine dubio significatur, per ἀόλατρους i. e. *Angelum fati ministrum* transferte. Hodjernos vero Ægyptios, quemadmodum Orientales populos in genere, peste a Deo immediate puniente derivare, vel ex eo, quod scđo prædestinationis dogmate sopiti, contagioni, ubi irreperitur, minime occurrant, sed omnem Medicinam & remedia respuentes, fati supine fæse submittant (quo fit, ut, quodies pellis in Ægypto lævierit, strages edat horribiles), intelligitur. *Chr. POCOCKE* l. c. p. 307., *VOLNEY* l. c. p. 150., *DESGENNETTES Hist. Medic. de l'Armée d'Orient* P. II. p. 52. & 126., *LÜDEKE* *Beschr. d. Türk. Reichs* Th. I. p. 65., *DAPPER* l. c. p. 129., *ALPINUS* l. c. p. 27., *RADZIWIL* *Hirofol. Reise* p. 157.
- c) Piæeunte textu Mosaitico, *Pascha Ægyptiacum*, non eo

tantum consilio, ut remedium esset plagæ impendenti (Exod. XII. 11, 12, 21—23.), sed & in memoriam ipsius exitus per omnes generationes perpetuo celebrandam (Exod. XII. 14, 24. sqq.), erat institutum. Quum vero, ut recte observat DE WETTE (Beytr. z. Einleit. in das A. T. I. B. p. 292. sqq.), dies festi ad pacatioris, quam quo Israëlitæ ex Ægypto egressuri vixerunt, temporis pertineant instituta, profusque incredibile sit, Mosen Israëlitis, ut evenitus, qui nondum apparuerat, memoriam celebrarent, injunxisse: jure omnino ponimus, Historiam Mosaicam de paschate Ægyptiaco, e Legibus de festo paschatis s. azymorum post exitum latis (cir. Exod. XXIII. 15., Deut. XVI. 1—3. &c.) interpolatam esse & cum iisdem mirum in modum consulam (atque hoc quidem eo majori jure, quo certius sit, præceptum de pane azymo Exod. XII. 8, 15—20., nullo modo, antequam ipse ab Ægyptiis acceleratus exitus anam præbusset ideæ per symbolum illud exprimendæ (cfr. Exod. XII. 33, 34, 39.), potuisse fanciri), eoque ex argumento, חַנְקָה s. ut plenius Exod. XII. 27. nuncupatur חַנְקָה חַנְקָה, licet memoriam exitus Israëlitarum ex Ægypto currente tempore spectaret, primitus tamen, nonnili pestem averruncandi consilio, ut sacrificium οὐρανοτόνος, a Mose fuisse ordinatum commendatumque. Cœlites namque iratos, pelle miseros mortales appetere, sacrificiis vero piacari, non Græcis tantum (cfr. HOMERI Il. I. 44. sqq.), verum quoque Israëlitis (ut ex Il. Sam. XXIV. 15. sqq. & Exod. V. 3. patet) familiaris fuit opinio. Tantum vero abest, ut etymologia vocabuli חַנְקָה huic repugnet interpretationi, ut potius eandem videatur exigere. Etenim, sive חַנְקָה per trans-

— 4 —

etiam postes & superliminaria ædium Israëliticarum,
eadem

tum, auctoritatem SYMMACHI, JOSEPHI (*Antiquit. L. II.*
C. XIV. p. m. Edit. HAVERC., PHILONIS (Legg. *Allegor.*
L. III. p. 117. coll. *L. de Migrat. Abrah.* p. 440, & *de*
Mose L. III. p. 169. Ed. MANGEY), & HIERONYMI (in *Com-*
ment. paslim) fecutus reddideris (quæ quidem explicatio,
quamvis jam obsoleta, non ita abloca est & Hebraismo
aliena ut multi inique judicant, quia *transfundi*, *translien-*
di & *præteremodi* notio verbo **נָסַע** *Exod. XII. 13, 23*, u-
bi antecedenti **נָסַע** opponitur, apprime est congrua); sive
etiam libertatis significatum cum DATHIO & plerisque recenti-
oribus Interpretibus, coll. Arab. **نَسَعَ**, *laxavit*, *liberavit*, *præ-*
tuleris: Non tamen **נָסַע** *Exod. XII. 11. festum* e-
rit libertatis a Iova concessæ, ut DATHIE vult, sed potius
sacrificium s. convivium sacrificiale pro libertate (si quidem
sacrificium pro transitu, quod ipso sensu eodem recidit, mi-
nus placuerit) obtainenda, quoniam nondum, ut jam ob-
servavimus, eventus, quem *feijo* celebrarent, contigerat.
Veterum vero interpretum, qui *parcendi* notionem verbo
נָסַע attribuunt, sensum loci nostri magis, quam verbi
própiam vim assecutos fuisse, vel nobis non monenti-
bus, patet. — Non tamen propterea negatum volumus, Du-
cem Israëlitarum, institutione Palchatis, illud quoque, ut
populares suos sine strepitu & adversariis non animad-
vertentibus, ad iter hucusque repressum solsciendum
congregandi, congregatos autem educendi haberet facul-
tatem, conjunxisse consilium; hoc enim, edictum illud de
agnō quatriduo ante ipsum sacrificium segregando, ipse
que, quo agnus paschalis ex præscripto Molis *Exod. XII.*
ii. comedendus erat, habitus, videtur innuere,

eadem ex causa sanguine illita (d): haud quidem
obscu-

d) Perlibet textus sacer *Exod. XII. 23.* præceptum Mosaicum de postibus *sanguine obducendis*, eum in finem, ut domicilia Israëlitarum dignoscere iciret Jehovah *Egyptum obiturus*, datum fuisse (quasi Deus, qui suos optime novit (*I. Tim. II. 19.*), opus habuisset ejusmodi signo!); sed, re vera, magna, ut nobis videtur, subest superstitione. Perpendentibus namque nobis: in ipsa Historia Mosaica *Exod. XIII. 9. sqq. Deut. VI. 8. sqq. XI. 18. sqq.* expressa satis occurtere vestigia, morem, *phylacteria* s. *amuleta* (Hebr. פְּתִירָה, Rabbin. פְּלַחַנָּה), incantationes & malæ quævis averruncandi gratia, non solum in fronte, manibus &c. gestandi, verum etiam portarum postibus affigendi (quod quidem phylacterii genus apud Judæos פְּרִזְבָּה audit), Israëlitis olim æque ac Christi ætate (vid. *Matth. XXIII. 5.*) fuisse, & hodie quoque esse, familiarem (cfr. FABER *Archæol.* d. Hebr. p. 428. *sqq.*, WARNECROS *Entwurf d. Hebr. Alterth.* p. 261. *sqq.*, SHAW l. c. T. I. p. 397., *Dissertationes*, UGOLINI, *de Phylacteriis Hebr.*, & DASSOVI, *De ritibus Messiae*, in *Theſ. Antiquit. Ugoliniano* T. XXI. excusæ); nec PLINIUM tantum (*Hift. Nat. L. XXVIII. C. IX. Sect. XXXVII. Ed. HARD*) novis nuptiis olim solenne fuisse, ut, simul ac ad limen venissent mariti, postes, antequam ingredierentur, adipe suillo vel lupino, & quid nali medicamenti inferretur, alleverint vel perunixerint (unde & SERVIUS ad *Virg. Aen. IV. 466.* easdem dictas esse *uxores*, quasi *unxores* suspicatur), testari; tactis autem sanguine hyænæ postibus, magorum artes, eodem PLINIO auctore (l. c. C. VII. Sect. XXIII. & XXVII), irritas fieri & infestari; sed &, teste LUCIANO

obscure consiliorum Jovæ coram Pharaone interpres,
Mo.

(in *Alexandro s. Pseudomanti* p. 769. Ed. BENEDICTI) o-
raculum, carmine illo comprehensum:

"Φοίβος ακερτοκομης λοιμω νεφελην απερικες

ex mandato & commendatione Alexandri, ut optimum p-
stilentiae grassanti antidotum, ubique in Italæ urbis,.
portis luisle inscriptum; EPIPHANIUM vero (*L. I. ad-
Hæreses*, hæref. ordine XIX.), Ægyptios, sua ætate, circa
idem, quo Isrælitæ primum in Ægypto pascha institue-
runt, tempus, minio oves &c. infecisse, atque το Χηρα του
αἷματος tanquam calamitatum & plagarum censuisse re-
medium (αλεξητικον), perhibere: in eam facile adduci-
mur opinione, postes & superliminaria Itraëlitica, ut pe-
sti minitanti esset remedium, s. quod idem est, ne mor-
bus hicce abominabilis (cui nostri quoque majores per-
sonam tribuerunt ingredetur, sed gratiose transiliret, san-
guine, ex eadem superstitiosa, qua Nostratum multi, dæ-
monologizæ antiquæ dediti, Ephialten e stabulis equinis
cohibendi gratia, falcones & aquilas superliminari affi-
gunt, sollicitudine, illita voluisse ruditatem seculi. Quanti-
enam, in purificando, usum sanguinis externum fecerit su-
perstitio Itraëlitica, vel ex eo intelligitur, quod, quoties
victimas Jovæ obtulerint, toties quoque sanguinem, sive homi-
nibus, sive rebus inanimatis purificandis (cfr. imprimis *Ezech.*
XLV. 18, 19., ubi, in expiatione Sacrarii, postes Templi
& portas atrii interioris sanguine attactas luisle legi-
mus) adspicerent: unde & canon Judæorum notissimus
תְּמִימָה כַּבֵּד רָקֵע i. e. radix s. essentia sacrificii in
adspersione sanguinis (latet). Quod vero sangvis, ope fa-

Moses, Exod. IX. 13. *sqq.* innuit, peste (רְבִעַת) tandem
Ægypto-

sciculi hysopini (חֵסֶב enim *Hysopum* esse, pluribus demonstrant BOCHART Hieroz. P. I. p. 587. *sqq.* & CELSIUS Hierobot. P. I. p. 407. *sqq.*), superliminari & positis obductus fuerit, in eo quidem non majus latet mysterium, quam cum Lev. XIV. 4. *sqq.* 49. *sqq.* coll. Num. XIX. 6. 8. Hebr. IX. 19., sanguinis in lustrationibus facris adspersionem, ligno cedrino, filo coccineo & hysopo i. e. fasciculo hysopi, filo coccineo ad baculum cedrinum, ut recte observant MAIMONIDES (*de vacca rufa* C. III. §. 2.) & CELSIUS (l. c. p. 434.) alligato, peractam fuisse, memoriae sit proditum. Quidquid enim SPENCER (*de Legibus Hebraeor. ritual.* p. 388.) de hysopi, lanæ coccineæ & ligni cedrini virtute purgandi, vera vel credita, dicat, veri videtur simillimum, vim mundatricem hysopo, eo in primis ex argumento, quod insignem in purgationibus facris (& forsitan domesticis quoque) usum antiquo aevum in Oriente praesisterit, *Etymologum Magnum*, HESYCHIUM cæterosque Veterum quos CELSIUS (l. c. p. 430—32.) laudat, attribuere, nee, nili instrumenti instar, quo sanguis vidiuarum & aqua lustralis adspiceretur, fasciculum hysopi (filo coccineo ad baculum cedrinum honestatis ergo colligatum) in facris usibus adhibuisse Judaicum ingenium, idque eo majori jure, quod, monente SPENCERO (l. c. p. 390.), herba illa, folia parvula, frequentia, tenera, leviter etiam villosa, habens, in aquam aut sanguinem immersa, humorum statim imbibaret, & eandem excusfa facile emitteret, adeoque ad adspersionis usum a natura pene facta & consecrata videretur. Observantibus namque Bo-

Ægyptios fore perdendos (e). — Cave tamen credas, Divina intercedente Omnipotentia, ortum fuisse morbum huncce detestabilem. Testantur scilicet Peregrinatores gravissimi, pestilentiam, circa *idem* præcipue, quo olim Pharaonem cum populo suo vexavit, tempus, hodieque in Ægypto violenter adeo, ut neque hominibus (cujuscunque demum ætatis (f) aut

CHARTO (l. c.) aliisque haud contempnendis Auctoriibus, in hyslopi natura nihil inesse *συμπτωμα*, fabulantur certe qui herbam illam, ob virtutem quandam per se purgatricem, in purificationibus Judæorum sacræ locum invenisse statuunt. Neque aliud quidquam probat *Pf. LI. 9.*, quam vatem Divinum, *instrumenti*, quo omnis instituebatur purificatio, religiosa saltem, probe fuisse memorem. — Quæcum ita sint, jure miratur, Judæorum Interpretum principem, MAIMONIDEM (*More Nevochim P. III. C. XLVII.*), nullam, cur hysopus in purificatione lepræ &c. adhibitus fuerit, se invenisse rationem, fateri.

- e) Ita nempe Jehovah, dum grandinem Ægyptios invasuram annunciatet Moses, Pharaonem l. c. alloquens inducitur: *Yam nunc Te tuusque ex hac terra peste auferre possem; verum, ut potentiam meam in Te ostendam, & ut nomen meum in toto orbe celebretur, manebis (tantisper sc.).*
- f) Quod pestis omnia totius Ægypti *primogenita*, a Pharaonis primogenito Regni Herede, usque ad primogenitum captivi carceri inclusi, nec non omnia animalium primo-

aut vitæ conditionis), neque animalibus parcat, gras-
B sa-

genita (*Exod. XII. 29.*) absumperit, veram, neque idiosyn-
tismo linguæ repugnantem, cladis importunæ, quam inter
homines & animalia, ne primogenitis quidem i. e. in suo
generi præstantissimis (ita enim בְּנֵי יִשְׂרָאֵל interpretan-
dum esse, pluribus exemplis probat GLASSIUS *Philol. S.*
p. 43. Ed. DATUM) exceptis, pestis adlert contagio, in-
volvere videtur ideam & imaginem; parcere namque non
solet pestis, neque juveni, nec seni, neque plebejis, nec pa-
triciis, sed flammæ instar, quæ in loco silvestri accensa,
virides & aridas, novellas & vetulas consumit arbores,
sele dispergit. Narrat tamen decantatæ Expeditionis Gal-
licæ in Ægyptum Medicus Primarius LARREY (*l. c. p.*
126.), juniores in primis & florentis ætatis homines peste
Orientali suis vexatos, his utens verbis: "La peste a
attaqué préférablement les jeunes gens & les adultes, ra-
rement les personnes avancées en age. Les sujets d'un
tempérament phlegmatique & gras y ont été plus expo-
sés; les tempéramens secs ont été généralement plus e-
pargnées." — Hinc neque qua cædem primogenitorum, ap-
plaudere possumus BAUERO *Gesch. d. Hebr. Nation Th. I.*
p. 262. ita ratiocinanti: 'So wie diese Prodigien im Pen-
tateuch erzählt sind, müste sie Moses nicht nur voraus-
gesehen, sondern auch gewirkt haben, und sie lassen sich
bey aller Kunst nicht natürlich erklären. Denn wie soll-
te es natürlich seyn, dass nur allein alle Erstgebohrne
unter Menschen und Vieh sterben? Oder, dass, so bald
nur Moses die Hand aufhob und betete, die Flagen gleich
auhören? Oder dass keine Musqvitos und Kakerlacke

sari (g); eoque ipso maxime probabile reddunt, e causis naturalibus ortam & solito anni tempore ingruentem pestem citatis Exodi locis esse intelligendam.

Non equidem ignoramus, Mosen *Exod. XI. 4.*
XII. 12., hanc ultimam plagam Pharaoni ut *media*,
Islaēlitis vero ut *ipsa*, qua Pascha indictum erat,
nocte irrupturam prædictissimam; neque ita quoque fa-
ctum esse, textum facrum perhibere, nos latet. Sed
quemadmodum ex altera parte certum est, Mosen,
ex ipso anni tempore & subita pecoris haud ita
pridem

im Lande Gosen sich zeigen? Man muss annehmen, da unsere Nachrichten von Mosis Prodigien nicht gleichzeitig sind, die Tradition habe manches vergrossert und hinzugetragen, wie es immer zu geschehen pflegt. Das unerklärbare muss man auf Rechnung der mündlich fortgepflanzten Sage Ichreiben. So ist es möglich dass in einer Provinz die Pest wütete, und in der andern nicht.
... Aber dass sie nur die Erstgeborenen Egypter hinweggerafft, hat die Sage aus der Gewohnheit, dass die Israēliten alle Erstgeboren vom Priester loskaufen mussten, gespommen, und so mehrers."

p) Testes hujus rei prodeant Peregrinatores supra §. III.
not. c) citati, & LÜDEKE *Beschr. d. Türk. Reichs*, II. Th.
p. 20, 21.

pridem in gregibus coorta (*Exod. IX. 1-7.*) strage (h), pestem brevi Aegyptios invasuram, haud seclus ac malum hocce in Attica grastaturum præviderat HIPPOCRATES (i), potuisse conjicere; ita neque ex altera parte veri videtur dissimile, epidemiam hancce fatalem, non eadem præcise, qua Israëlitæ pascha comedenter & Aegypto emigrarunt, nomine, sed prius utique, sensim atque sensim pro more suo (k), alicubi erupisse, Mosenque, non solum, con-

ta-

h) Cfr. Auctores §. III. not. k) citati, in primis PHILo JUD. qui L. I. *de Moysi* (p. 101, 102.) subitam pecoris stragem *Exod. IX.* his verbis commemorat: "οσοι ὑποξύγιων καὶ αἰλων θρεμμάτων ιδει πάσας, μια ἡμέρα, ὡς αφ' ενοσθημάτος, αγελήδον διεφθαρούτο, την ανθρώπων απώλειαν, ή μικρὸν υσερὸν εμετέλε γινεθεὶς πέριπτος, καταπέρ εν τοις λοιμώδεσι νοσοῖς λεγεται γαρ προσεγμένης είναι λοιμικῶν νοσῶν, ή ζωῶν αἰλογών αφριδίος φέρονται.

i) Cfr. Ἰπποκράτεος γένος καὶ βίος, κατὰ Σωράσουν. §. 2.

k) LÜDEKE l. c. T. II. p. 19. "Was den Anfall der Pest betrifft, so wird man bey einzelnen Personen durch die sonst verschiedenen Umlände und Symptomen ihres Ausbruchs oft irre gemacht; und zumal sind anfänglich die Kennzeichen mangeltheils unsicher und dem Anscheine nach oft unbedeutend und nicht gefährlich." Cfr. quoque LARREY l. c. p. 127.

tagione ipsam Regiam, Gosenitidi vicinam, sedem
(quæcunque illa denum fuerit, *Tanis aut Memphis?*)
appropinquante, plagæ impendi qualemque edi-
cto paschatis apparasse remedium, sed &, tabe mor-
tisera ibidem jam ingruente, Pharaoneque rebus suis
desperante, voti sui compotem tandem factum (*l*),
fine cunctatione cum suis emigrasse (*m*). Probe nam-
que

l) Ipsa Regia Domo peste graviter jamjam infecta & vexa-
ta, plagam hancce immediate ab irato Israëlitarum Deo-
emissam sine dubio judicavit Pharao. Hinc animo cadens
& majorem adhuc, si petitioni Israëlitarum ulterius reli-
steret, metuens stragem, potentis adeo Numinis Interpre-
ti morem gerere habebat consultissimum. Cfr. PHILO I.
nuperr. cit.

m) Haud multum repugnabimus, si quis, præcunte texto Mo-
saico, Israëlitas ipsa Paschatis nocte egressos suis, statuer-
erit. Observandum tamen est, Jovam, quoties Israëlitas
ab iniiciis suis eripuit, nocte eos eripuisse secundum Tar-
gum Esth. V. 14, VI. 1, aique in tota hac narratione,
angustas, qualis sive dignum decet Historieum, desidera-
ri. Legentibus ex. gr. nobis Exod. XII. 22, Israëlitis
interdictum suis, nocte paschatis ædibus suis egredi us-
que ad matutinum tempus, eosdemque cuncta, quæ Moses
& Aharon præceperant, juxta v. 28, fideliter observasse:
mirum sane est & cuique videbitur, inferius v. 41, Isra-
ëlitas eadem nihilominus nocte emigrasse, prohiberi. Sic
quoque, cum Mosen Israëlitis, ut lumbis succinti & pe-

que tenendum est, pestem, quia obscure sartimque serpere & irrepere solet, ut in tenebris perambulanten sibi fixisse Hebræos (n), nec nisi ad præjudicatam hancce & vulgo Orientis (æque ac Occidentis, ut novimus) imperito hodie quoque placentem opinionem (o) respectu habito, Jovam (alias quoque caligine involutum & in tenebris habitantem suosque noctu visitantem secundum Theologiam V. T.) ut media nocte Ægyptum obitum ob euntem loco nostro Mosaico proponi. Multo minus, Israëlitas fœva Ægyptiorum clade exemptos fuisse, obstabit. Narrantibus enim Peregrinatoribus, pestem in Ægypto grassefari solitam, nonnisi Maritimæ & Nilo exundantib succumbentes regiones, Alexandriam v. gr., Rosettam, Cairum

dibus calceati (qui quidem iter facientium in Oriente ~~est~~ habitus) pascha comedenter, Exod. XII. n. precepisse legimus: eosdem utique ad iter suscipiendum paratos, nec viatico, ut commate 39. edocemur, plane delitiosos fuisse, expeditares. Utinque autem hæc fuerint, e laudatis tamen inter se collatis locis jure colligitur, Motu nullam, aut dubiam faltem, futuræ Israëlitarum has nocte dimissionis habuisse præfensionem.

n) Cfr. *Psi. XCI. 6.* & LÜDKE *Expos. locor. Scr. S.* ad Orientem sese refer. p. 14.

o) Cfr. LÜDKE *Beschr. d. Türk. Reichs*, II. Th. p. 21.

*Cairum, Damiatam & c. p. adoriri (p): Gosenitidis
incolas, situs sui, cui antea quoque salutem suam de-
buerant, beneficio, ultimæ plagæ erectos fuisse, Mo-
senque illud prævidere potuisse, facile credideris (q).
Tacemus, Israëlitas, præcipiti fuga, saluti suæ item
prospexit.*

Plagis igitur Ægyptiacis ad causas suas natu-
rales dilucide sic quidem, ut speramus, revocatis, vix
alia Mosi circa easdem attribuenda est virtus & laus,
quam quod mentem oculosque Pharaonis ad ea, quæ
sponte naturæ & vi climatis Ægyptum invasura no-
verat, mala, transactionem suam de Israëlitarum di-
missione promovendi gratia, adverterit, tandemque,
caritate annonæ (locustarum & grandinis devasta-
tione coorta) & peste Ægyptum misere vexante de-
populanteque, datam non dimiserit suos educendi fa-
cul-

p) Cfr. LARREY I. c. p. 131., VOLNEY I. c. T. I. p. 148—
151., DE TOTT I. c. P. IV. p. 56, 57.

q) Observat quoque in universum KORTE (*Reise nach d.
Verlobt. Lande*, p. 709.), in Oriente sæpius accidere, ut
pestis, loco quodam excitata, plurimis adjacentibus regio-
nibus, nullo quamvis contagioni obice posito, parcat.

cultatem. Qui vero aliter censuerit, eadem, quam & ipsi nobis expetimus, fruatur cogitandi & interpretandi libertate, nec invidebimus; nostrum enim lubenter facimus quod JOSEPHUS de scisura maris rubri, utrum *Dei voluntate*, an *sponte naturæ* acciderit, dubitanter disserens, habet: περὶ μὲν εὐ τούτων ὡς ἐναῖς δοκεῖ διαλαμβάνεται (r). Abstineant modo qui litteralem loci Mosaici sensum mordicus tenent, impietatis nosmet, quod a trita interpretandi via deflexerimus, arguere. Non enim *ut minuamus Dei virtutem*, sed *ne fidei vim faciamus, ab illa plura extorquentes, quam Deus in verbo suo revelavit (s)*, majorum reliquimus vestigia.

r) Vid. *Antiquitt. Jud.* L. II. C. XVI, p. 115. Edit. supra citatæ.

s) Verba sunt BECHARTI *Hieroz.* P. II. p. 106.



